

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



Itus quidem ad eum modum quem proximis emensa ultra egipto ad syriam usque ad solitudinem cesaream venerat ibi enim exercitum ordinare

Seditio trisaria in Urbe Hierosolomitana.

decreuerat. **U**llo autem adhuc apud alexandriam una cum prece impium quod nuper eis de premissis disponere contigit etiam seditionem quam apud hierosolimam erat auctam trisariam diuidi et alteram partem in alteram verti quod ut in malis optimum quis duxerit factumque iusticie. Nam zelotarum quidem in populum donatio quam auctor fuit excidii ciuitatis unde cepit et per quos creuerit diligentem superius declaratum est. **H**anc autem non errauerit quisquam dicens seditionem in seditione esse factam. Ac veluti rabida fera exterminarum penuria in sua viscera seuire solet sic eleazar simonis filius qui et ab initio zelotas a populo in templo sepauerat velut indignari simulans ob ea que iohannes in dies singulos auderet cum ne ipse quidem a cedibus temperaret re autem vera posteriori tyranno sese subiectum esse minime ferens summe rei desiderio propeque potentie cupiditate ab alijs defecit. Ascitis etiam iuda helice filio et ezenonis simone potentissimis propter quos erat etiam ezechias cobari filius non ignobilis. Non singulos zelotes non exigui sequebantur occupatoque interiore templi ambitu super eius portas in sacris frontibus arma ponunt et habundare quidem se suis necessarijs confidebant sacrarum enim rerum copia suppetebat nichil impium existimantibus paucitati vero suorum timentes plerumque in suis locis otiosi manebant. **I**ohannes autem quanto superior erat virorum multitudine tanto loco superabat hostesque hinc a vitice neque sine metu conabatur incursus et propter iracundiam cessare non poterat. Plus autem mali proferens quam eleazari parte afficiens tamen non remittebat. Crebri autem fiebant impetibus et missilium iactus totumque poluebat cedibus templum filius autem giorie simon quem rebus desperatis inuitatum vltro sibi tyrannum spe auxilij populi introduxerat et superiorem ciuitatem retinens et inferioris plimam partem animosius iam iohannem eiusque socios adoriebatur qui qui desuper impugnarent subiectus autem illoz manibus erat.

sicut et illi superiorum et iohannem eueniebat duplex bellum proferente. ledi potuit ac ledere quantoque vincebatur eo quod eleazaro esset humilior tanto plus habebat. Simo cellior constitutus cum inferiores aggressus etiam sola manu sine labore prohiberet desuper vero ex fano iaculantes machinis deterrerent. Quippe balistis et non paucis lanceis utebantur saxorumque tormentis quibus non solum bellantes vlciscebantur sed multos etiam sacra celebrantium perimebant. Quaque enim ad omne impietatis genus rabidi ferebant tamen eos qui sacrificare cupent recipiebant cum suspitione quidem atque custodiibus indigenas perscrutando. Hospites etiam qui exorassent eorum crudelitatem pro exituri subiciua seditionis operam consumebant. Missilia namque machinarum vi ad aram usque templumque delata in sacerdotes et sacra celebrantes cadebant ac multi qui operantes ab ultimis terre finibus ad dyonimum sanctissimum omnibus hominibus locum venissent ante ipsas hostias procubuerunt aramque vniuersis grecis et barbaris adoranda suo sanguine imbuerunt. **I**ndigenis autem mortuis alienigene et sacerdotibus profani commiscebantur proque atria diuina stagnum fecerat diuulorum cadauerum sanguis. **Q**uid tantum passa es o miserima ciuitas a romanis que tua intestina scelera purgati flammis introierunt. Iam enim dei locus non eras neque manere poteras domesticorum funere facta sepulchrum et que sanum civili bello tumulum constitueras. **P**oteris autem denuo fieri prius si unquam vastatorum tui deum placaueris. Sedenim reprimenda que dolent lege scribendi quod non domesticus ludus sed exponendum rerum hoc tempus est. **P**rosequar autem cetera seditionis facinora. **C**a. ij. **E**rgo diuersis trisarie insidiatoribus eleazar quidem eiusque socij que sacras primitias conseruabant in iohannem ebrijs ferebant qui vero huic parerent plebem diripientes in symonem rebellabant cum ipsi que simoni contra diuersis partibus seditionis alimeto ciuitas esset. Si quoniam igitur ex utraque parte appetebat iohannes obuertebat socios suos et de ciuitate quem subeuntes missis de portibus telis de templo vero iaculantes machinis vlciscebatur. Quociens autem desuper instantium molestia caruisset frequenter enim ebrietate et labore cessabant libenter in simonem eiusque socios cum pluribus irruerant. **S**ed autem quantum ciuitate pepulisset in fugam verlos edes frumenti plenas omniumque vtilium incidebat. idemque simon hoc illo regrediente insecutus agebat veluti consulto pro romanis omnia corruperent que ad obsidionem ciuitatis erant preparata suarumque